



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

259 Patrimonij titulus loco beneficij cur nequeat permutari cum beneficio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

259
 Patrimonij
 titulus loco
 beneficij cur
 nequeat per-
 mutari cum
 beneficio.

260
 Beneficia ec-
 clesiastica du-
 plici nomine
 dici & esse
 perpetua.

Quid si quis igitur sub patrimonij sui ti-
 tulo fuerit ad sacros promotus ordines, ad
 quod etiam iure nouissimo certis casibus per-
 mittitur iuxta Concil. Trident. sess. 21. refor-
 mat. 2. nunquid admittetur eius tituli (fun-
 gentis vice beneficij) permutatio cum ecclesia-
 stico beneficio? Beneficia Ecclesiastica duplici
 nomine debent esse perpetua, primùm abso-
 lutè & per se, nimirù fundatione quadam in
 perpetuis ipsius Ecclesiæ bonis consistente re-
 manenteque, deinde respectu singulorum pos-
 sessorum duratione quadam stabili ad cuiusq;
 possessoris vsque vitam: quorum duorù prius
 quoniã deest patrimonio seu titulo patrimo-
 niali, necessariè fit vt nullo modo permutatio-
 ni sit hic locus. quò facit & alia ratio prægan-
 tior, quòd beneficiarius ille qui patrimonium
 alterius pro beneficio suo consequeretur ex
 causa permutationis, nihil reuera depræhen-
 deretur habere mortuo altero cuius id patri-
 monium fuerat, vt potè quod mox ad here des
 eiusdem reuerteretur, vt ad Ecclesiam nõ per-
 tinens; immò simulatque illi qui sub titulo pa-
 trimonij sumpsit sacros ordines aliundè pro-
 spectum fuerit de beneficio Ecclesiastico vel
 aliter, istud patrimonium exoneratur, & ad
 pristinam redit naturam, ita videlicet vt possit
 alienari. d. reformat. 2. Quibus accedit quòd
 nemo sit in tali casu collator ordinarius qui
 permutationem talem posset effectui dare,
 cum patrimonium hoc in collatoris vllius po-
 testate non sit, ne volente quidem eo cuius est

patri-